



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXXIII. De detractone.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

debet abundantior esse iustitia, modus factus facienda abundantioris humilitatis datus est: & idcirco ad petitionem ueniam modum restitutionis determinauit. Est namque in petitione ueniam maxima hominis, a quo petitur honoratio. Doctores autem dicentes teneri hominem ad ueniam petendam, exponendi sunt, quando non potest aliter restitutionem facere. Vnde S. Tho. superius in questione 72. artic. 2. ad tertium, dicit, quod restitutio honoris ablati per contumeliam, fit per exhibitionem reuerentiae. Satisfactio ergo est in praecipuo, non modus satisfaciendi. Et haec etiam pro 4. 72. q. ar. iustificat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quod audaciam conuulsiatis contumeliosi debet aliquis moderate reprimere. scilicet propter officium charitatis, non propter cupiditatem priuati honoris. Vnde dicitur Proverb. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne ei similibus efficiaris.

AD SECUNDVM dicendum, quod in hoc, quod aliquis alienas contumelias reprimat, non ita timetur cupiditas priuati honoris, sicut cum aliquis repellit contumelias proprias: magis autem uidetur hoc procedere ex charitatis affectu.

AD TERTIVM dicendum, quod si aliquis hoc animo faceret, ut tacendo contumeliantem ad iracundiam prouocaret, hoc pertineret ad uindictam. Sed si aliquis taceat, uolens dare locum irae, hoc est laudabile. Vnde dicitur Eccle. 8. Non litiges cum homine linguato, & non struas in ignem illius ligna.

que importat manifestam iniuriam, magis ad iram, quam ad odium.

QVAESTIO LXXIII.

De Detractione, in quatuor articulos diuisa.

**D**OSTEA consideranda est de detractione. Et circa hoc queruntur quatuor.

- ¶ Primo, Quid sit detrahitio.
- ¶ Secundo, Vtrum sit peccatum mortale.
- ¶ Tertiò, De comparatione eius ad alia peccata.
- ¶ Quartò, Vtrum peccet aliquis audiendo detractionem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum detrahitio conuenienter diffinitur, quod est denigratio alienae famae per uerba.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod detrahitio non sit denigratio alienae famae per occulta uerba, ut a quibusdam diffinitur. Occultum enim & manifestum, sunt circumstantiae non constituentes speciem peccati. Accidit enim peccato, quod a multis sciatur, vel a paucis: sed illud, quod non constituit speciem peccati, non pertinet ad rationem ipsius, nec debet poni in eius diffinitione: ergo ad rationem detrahitio non pertinet, quod fiat per occulta uerba.

¶ 2 Praet. Ad rationem famae pertinet publica notitia. Si ergo per detractionem denigretur fama alicuius, non poterit hoc fieri per uerba occulta, sed per uerba manifesta dicta.

¶ 3 Praet. Ille detrahit, qui aliquid subtrahit, vel diminuit de eo, quod est: sed quandoque denigratur fama alicuius, etiam si nihil subtrahatur de veritate, puta, cum aliquis uera crimina alicuius pandit: ergo non omnis denigratio famae est detrahitio.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiastico 10. Si mordet serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit: ergo occulte mordere famam alicuius, est detrahere.

**R**ESPONDEO. Dicendum, quod sicut facto aliquis nocet alteri dupliciter, manifeste quidem, sicut in rapina, vel quaeque uolentia illata: occulte autem, sicut in furto, & dolosa percussione: ita etiam uerbo aliquis dupliciter ali-

ARTICVLVS III.

Vtrum contumelia oriatur ex ira.

**A**D QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod contumelia non oriatur ex ira, quia dicitur Proverb. 11. Vbi superbia, ibi contumelia: sed ira est uitium distinctum a superbia, ergo contumelia non oritur ex ira. ¶ 2 Praet. Proverb. 20. dicitur. Omnes stulti miscetur contumeliosis: sed stultitia est uitium oppositum sapientiae, ut supra habitum est: ira autem opponitur mansuetudini, ergo contumelia non oritur ex ira. ¶ 3 Praet. Nullum peccatum diminuitur ex sua causa: sed peccatum contumeliae diminuitur, si ex ira proferat: grauius. n. peccat qui ex odio contumeliam infert, quam qui ex ira, ergo contumelia non oritur ex ira.

**S**ED CONTRA est, quod Gregorius 31. Moralium dicit, quod ex ira oriuntur contumeliae.

**R**ESPON. Dicendum, quod cum unum peccatum possit ex diuersis oriri, ex illo tamen dicitur principalius habere originem, ex quo frequentius procedere consuevit propter propinquitatem ad finem ipsius. Contumelia autem magnam habet propinquitatem ad finem irae, qui est uindicta. Nulla. n. uindicta est irato magis in promptu, quam inferre contumeliam alteri: & ideo contumelia maxime oritur ex ira.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod contumelia non ordinatur ad finem superbiae, qui est celsitudo: & ideo non directe contumelia oritur ex superbia. Disponit tamen superbia ad contumeliam, in quantum illi, qui se superiores aestimant, facilius alios contemnunt & iniurias eis irrogant. Facilius enim irascuntur, utpote reputantes indignum quicquid contra eorum uoluntatem agitur.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod secundum Philosophum in 7. Ethicorum, ira non perfecte audit rationem. Et sic iratus patitur rationis defectum, in quo conuenit cum stultitia. Et propter hoc ex stultitia oritur contumelia secundum affinitatem, quam habet cum ira.

**A**D TERTIVM dicendum, quod secundum Philosophum in 2. Rhetoric. iratus intendit manifestam offensam, quod non curat odians. Et ideo contumelia,

Infr. q. 73. ar. 1. q. ad 3. & q. 158. ar. 7. cor.

q. 46. ar. 1.

Lib. 31. c. 31. a medi.

Lib. 7. c. 6. in prin. tom. 5.

Lib. 2. c. 4. declinando ad finem, to. 6.

quem laedit: Vno modo in mani-  
festo, & hoc fit per contumeliam,  
ut supra dictum est: \* alio modo  
occulte, & hoc fit per detractionem.  
Ex hoc autem quod aliquis mani-  
feste uerba contra alium profert,  
uidetur eum paruipendere, unde  
ex hoc ipso dehonoriatur: & rō  
contumelia detrimentum affert  
honori eius, in quem profert. Sed  
qui uerba contra aliquem profert  
in occulto, uidetur eū uereri mag-  
gis, quā paruipendere: unde nō  
directe infert detrimentum hono-  
ri, sed fame, in quātum hōi uer-  
ba occulte profert, quātum in  
ipso est, eos qui audiunt, facit ma-  
lam opinionem habere de eo, cō-  
tra quem loquitur. Hoc enim in-  
tendere uidetur, & ad hoc con-  
atur detrahens, ut eius uerbis cre-  
datur. Vñ patet q̄ detraçtio dif-  
fert a contumelia dupliciter. Vno  
modo, quantum ad modum pro-  
ponendi uerba: quia scilicet con-  
tumeliosus manifeste contra ali-  
quem loquitur, detractor autem  
occulte. Alio modo quantum ad  
finem intentum, siue quantum ad  
nocumentum illarum, quia i.  
contumeliosus derogat honori,  
detractor fame.

**AD PRIMUM** ergo dicendū,  
quod in uoluntariis commuta-  
tionibus, ad quas reducitur om-  
nia nocumenta proximo illata uer-  
bo, uel facto, diuersificant rōnem  
peccati occultum, & manifestū,  
quia alia est rō inuoluntarii per  
uiolentiam, & per ignorantiam,  
ut supra dictum est.

**AD SECUNDUM** Dicendū  
quod uerba detractionis dicuntur  
occulta non simpliciter, sed per  
cōparationē ad eū, de quo dicuntur  
quia eo absente, & ignorante di-  
cuntur: sed contumeliosus in fa-  
ciem contra hominem loquitur.  
Vnde si aliquis de alio male lo-  
quatur coram multis eo absente,  
detraçtio est: si autem eo solo prae-  
sente contumelia est, quamuis et  
si uni soli aliquis de absente malū  
dicat, corrumpit famam eius, nō  
in toto, sed in parte.

**AD TERTIUM** Dicendū,  
quod aliquis dicitur detrahere,  
non quia dimittit de ueritate,  
sed quia dimittit famam eius:  
quod quidem fit quandoque di-  
recte, quandoque indirecte. Dire-  
cte quidem quadrupliciter. Vno  
modo, quando falsum imponit  
alteri: secundo, quando peccatū  
adaugat suis uerbis: tertio, quādo  
occultum reuelat: quarto, quan-  
do id quod est bonum, dicit ma-  
la intentione factum. Indirecte  
autem uel negando bonum al-

terius, uel malitiose reticendo,  
uel minuendo.

ARTICVLVS II.  
Vtrum detraçtio sit peccatum  
mortale.

**AD SECUNDUM** sic pro-  
ceditur. Vñ, quod detra-  
çtio non sit peccatum mortale.  
Nullus enim actus uirtutis ē pec-  
catum mortale: sed reuelare pec-  
catum occultum, quod sicut di-  
ctum \* est, ad detractionem perti-  
net, est actus uirtutis, uel charita-  
tis, dum aliquis fratri peccatum  
denuntiat, eius emendationem  
intendens: uel etiam est actus iu-  
stitiæ, dum aliquis fratrem accu-  
sat. ergo detraçtio non est pec-  
catum mortale.

¶ 2. Præter illud Prouerb. 24.  
Cum detractoribus ne commi-  
scearis, dicitur glof. Hoc specialiter  
uitio periclitatur totum genus hu-  
manum: sed nullum peccatum  
mortale in toto humano genere  
inuenitur, quia multi abstinent a  
peccato mortali: peccata autem  
uenialia sunt, quæ in omnibus in-  
ueniuntur. ergo detraçtio est pec-  
catum ueniale.

¶ 3. Præter Aug. in homil. \* de igne  
purgatorio, inter peccata minuta  
ponit, quando cum omni facilita-  
te, uel temeritate maledicimus,  
quod pertinet ad detractionem, ergo  
detraçtio est peccatum ueniale.

**SED CONTRA** est, quod  
Rom. i. dicitur, Detractores Deo  
odibiles: quod ideo additur, ut di-  
cti ¶ glof. ne leue putetur propter  
hoc, quod consistit in uerbis.

**RESPOND.** Dicendum, q̄ sicut  
supra dictum \* est, peccata uer-  
borum maxime sunt ex intentio-  
ne dicentis diiudicanda. Detra-  
çtio autem secundum suam rō-  
nem ordinatur ad denigrandum  
famā alicuius. Vñ ille, p se loque-  
do, detrahit, q̄ ad hoc de aliquo  
obloquitur eo absente, ut eius fa-  
mā denigret. A uerbo autē alicui  
famā, ualde graue est, quia inter-  
res temporales uidetur fama esse  
pretiosior, per cuius defectum i-  
peditur homo a multis bene agē-  
dis. Propter quod dicitur Eccles.  
41. Curā habe de bono nomine:  
hoc n. magis permanebit tibi, q̄  
mille thesauri magni, & pretiosi:  
& ideo detraçtio, per se loquēdo,  
est peccatum mortale. Contingit  
tamen quandoque q̄ aliquis di-  
cit aliqua uerba, per quæ dimini-  
tur fama alicuius non hoc inten-  
dens, sed aliquid aliud: hoc autem  
nō est detrahere p se, & formaliter  
loquēdo, sed solū materialiter,

qui confitentes peccata  
propria, dicitur imprudenter con-  
fessi in quo confidit,  
personam, cum qua  
grauissime peccauerunt,  
& similibus.  
Ex his enim aut non  
læditur fama proximi,  
quia querunt magis  
tegere scientes, & u-  
nitus notitia infamia,  
quā ut etiam quis  
hæc suspicetur: uel  
parum læditur: quia  
propterea non impedi-  
tur a bonis uult  
consequendis, & u-  
nitus notitia infamia,  
non nisi secundum  
quid, remote consti-  
tuit, si in illo sistitur,  
& uerum, licet occul-  
tum, dictum est. Et  
ad hunc casum redu-  
citur circa secreta fi-  
dei commissa petitio  
consilii a secreta per-  
sona, ut possit prou-  
dere sibi, uel alteri, &  
huiusmodi, quando  
hæc sunt cum indi-  
fereta reuelatione oc-  
culti criminis. Nō est  
autem huiusmodi mor-  
tale peccatum: quia  
non notabiliter lædi-  
tur fama proximi in  
effectu, neque in in-  
tentione.

¶ In eodem art. 2. du-  
bium occurrit circa  
illa uerba, Quia hoc  
ex ipso genere uer-  
borum habet ratio-  
nem peccati mortali-  
s. Et est ratio du-  
bii, quia ly hoc, de  
monstrat dicere uer-  
ba, per quæ dimini-  
turi fama alterius in  
his, quæ spectant ad  
honestatem uitæ, ut  
patet ex contextu li-  
tere: & sic intelli-  
gitur, aut gratia  
materie turpis. &  
hoc non: quia con-  
stat quod ex ipso ge-  
nere uerborum non  
constituitur maius pec-  
catum, quā turpilo-  
quium, scurrilitas, &  
si quid huiusmodi ē,  
quæ non esse ex suo  
genere peccata mor-  
talia Apolto. ad E-  
phe. quinto capitul.  
insinuat, & glof. Re-  
migiū ibidem no-  
tat. Quomodo er-  
go uerificabitur q̄  
ex ipso genere uer-  
borum sit peccatum  
mortale? Aut gra-  
tia peccati mortalis  
significati per hæc  
uerba in altero, de  
quo est sermo, pu-  
ta, quia per hæc uer-  
ba dicitur adulter,  
aut fornicator &c.  
Et hoc non: quia  
quum iniustitia sit ex  
suo genere peccatum  
mor-

¶ Homil. de  
sanc. 41.  
Est ser. 4. in  
die animarū  
ante mediū.  
Et est serm.  
14. in ordine  
S. Thom. 10.

¶ glof. ordina-  
ria ibidem.

¶ 62. art. 3

D. 595.

mortale, ut superius determinatum est, idem esse iudicium de uerbis in materia iniustitie ex suo genere uerborum.

¶ Ad hoc dicitur, qd sensus litera neuter assignatorum esse uideatur, sed cum distincter auctor, qd dicere uerba detractoria contingit dupliciter, scilicet formaliter, & materialiter, & quod detractoria formaliter est ex suo genere peccati mortale, quia tollit famam detractoris autem materialiter non excipit a materiali detractorie casum notabilis lesionis famam. Et hunc casum scilicet accidere posse dicit in uerbis detractoris quod ad honestatem uitae: quia huiusmodi uerba ex suo genere sunt ademptiua famam, quasi diceret, qd inter detrahere materialiter in aliis materiis, & in materia honestatis haec est differentia, quod in aliis materiis raro accidit notabilis lesio famam: in materia autem honestatis saepe, quia huiusmodi detractoria habet ex suo genere rationem infamatiui, ac per hoc peccati mortalis, de quo est sermo, hoc est, de tractionis: & hoc quia peccata carnis sunt maioris infamiae. Scito tñ dicer-

q. 63. art. 2.

In corp. art. q. 63. art. 1.

re personarum differentiam, & modum dicendi. Sunt n. quaedam personae quae ex quibuslibet inhonestis infames redduntur, ut moniales, puellae nobiles, nuptae, pudicae, religiosae, sui nominis curam habentes, & huiusmodi: & de his accipienda sunt uerba litera. Sunt autem personae multae, quarum famam simplex fornicatio in nullo laedit, ut iuuenes seculares, qui tanti faciunt quod hoc dicitur de eis, quantum qd cenauerunt, & simile est de adultario apud multos. Et breuiter eorum nulla uidetur ex alienis uerbis per accidens infamia, quia proprio ore hoc se patrasse libere dicunt, uel iactant. Modus autem dicendi, scilicet assertiue, uel ex auditu, aut dubitatiue multam uarietatem in hoc facit. Nam solus assertor proprie tollit famam. Propter qd reliqui non tenentur ad restitutionem famam, si falsum sit quod retulerunt, aut dubia aestimatione narrarunt. Ex leuitate siquidem audientis, non ex ueritate dicitur famam, si laeditur in istis casibus. Et licet haec dicta in se sint uera ad literam, tamen aliter exponenda est litera, ut formaliter intelligatur nec ad maiorem infamiam, sed ad ipsam infamiam, quae peccati mortale constituit, recurratur. Dicendum est igitur, qd ly hoc, non demonstrat dicere uerba inhonestatis, sed demonstrat uerbum notabiliter famam alicuius laedere: ita quod est doceret auctor detractorie materialiter non esse peccatum mortale, excepte ab huiusmodi regula detractorie materialiter, quando fit uerbo notabiliter laedente famam proximi. quia hoc, id est, uerbum notabiliter laedens famam proximi, ex suo genere est peccatum mortale: qd est per se notum, quia ex suo genere importat notabile nocumentum famam proximi. Et hic est planus & clarus sensus litera: quoniam sic redditur ratio exceptionis quod ad substantiam, & non quod ad quantitatis magnitudinem importatam per ly, praecipue, in his que pertinent ad honestatem uitae. Est n. ly hoc demonstratiuum substantiae. Et rursus, quoniam sic est directe ad propositum de detractorie uniuersaliter, & nullum heri scrupulum. Et bene nota, quia in litera dicitur, qd huiusmodi detractoria materialiter laedat famam notabiliter, & non dixit, quod sit laesiva, hoc est, potens laedere: quia, ut dictum est, si tali modo dicitur, quod non laedat notabiliter famam proximi, quamuis ex suo genere uerbum sit notabiliter laesiuum, non est peccatum mortale propter imperfectionem actus, ut declarauimus.

¶ Circa detractorie materialiter quod ad finem, non quod ad modum, hoc est, circa infamationem iustis, dubium occurrit. An ille qui tormentis ductus, aut metu mortis & cruciatus infamat seipsum mentiendo; peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem famam suam. Et est ratio dubia, quia sicut homo est dominus aliarum suarum rerum exteriorum: ita & suae famae. Est enim

fama inter exteriora bona hominis, quae possunt ab alio r. Sicut ergo potest homo ut se a morte, aut tormento defendendo etiam multa mendacia sine prauidicio proferre: ita & famam suam abique peccato mortali defendere potest. Sicut dicitur in capitulo si sacerdos blasphemauerit, qd.

AD SECVNDVM Dicendum, qd glo. illa non dicit, quod detractoria in toto genere humano inueniuntur, sed addit, penes, tum quia futurum infinitus est numerus: & pauci sunt qui ambulent per uiam salutis. Tum etiam quia pauci, uel nulli sunt, qui non aliquando ex animi leuitate aliquid dicant, unde in aliquo uel leuiter alterius fama minoretur: quia ut dicitur Iacob. 3. Si quis in uerbo non offendit, hic est perfectus uir.

AD TERTIVM Dicendum, qd Aug. loquitur in casu illo, quo aliquis dicit aliquid leue malum de alio non ex intentione nocendi, sed ex animi leuitate, uel ex lapsu linguae.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum detractoria sit grauius omnibus peccatis, quae in proximum committuntur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod detractoria sit

plius infamare seipsum, absolute loquendo, est peius ex suo genere, ut patet, ergo infamare seipsum magis propter tormenta &c. est peccatum mortale. Et ratio est, quia nec metus mortis, nec tormentum excedit in genere peccatum mortale ad hoc, qd est esse, alioquin per tormenta liceret fornicari, & alia huiusmodi. ¶ Ad obiecta igitur in oppositum dicitur, qd quodlibet suum, quod sit pars alterius, teneatur ita de se dicere, ut non laiciat alteri, hoc est, totum, cuius est pars. Ex parte prius diuitias pro conseruatione uitae, & integritate corporis, nulli facit iniuriam, sed recte se uerba nocentibus seipsum afficit totum rone partis tali nota infamiae, corporalem, qd est iniustum, sicut etiam infamiae propter eandem causam esse mortale. Non est ergo peius diuitias, & fama. Quamuis sit etiam alia differentia, quod diuitias sit sola priuatio rerum, infamiae uero sit priuatio famae, sed appositio infamiae est appropinquatio famae propter tormenta, aliud est appropinquatio famae, cum sit mendacium laesiuum proximo, facit infamans seipsum. Unde non potest esse peius mendacio, cum sit mendacium laesiuum proximo, magno bono. Et pro quanto est contra seipsum iniustum. Est enim contra charitatem proximi, quod minus seipsum, quam proximum tenetur diligere. Et magis diligere propriam uitam, quam proximum, tunc tunc habere de priuatione uitae, quam de priuatione tur magis curam habere, ne apparetur, quam de priuatione ab eo uita, & integritas, & sanitas, & quae sunt, consistit in mala pati, quod non est malum, sed malum, quod est malum. Cuius autem allegans ea. Dicitur, qd extorta non est ad infamiam, si generaliter extoritur de infamia iuris, nos autem de infamia iuris, si confesso in tormentis, & si non sit ualida ad restitutionem, est tñ ualida in foro conscientiae, qd est in foro iudiciali, est tñ ualida in foro conscientiae, qd est in foro iudiciali, & inuoluntario, qd ut dicitur in 3. Eth. est tunc in foro iudiciali.

¶ Super quibus, septuaginta, dicitur, qd.

IN ar. 3. nota tria. Primo, radice, quare peccatum mortale, quia, si sunt contra generatioem hominum, & scilicet in uitam. Sed esse contra huiusmodi generatioem simpliciter contingat, uel contra debitorum, & contra primarium, uel secundarium, &c. multa sunt genera, in quo tractantur loco inferius, &c.

Secundo, respō-  
ne ad primum, quod  
peccata, quae in nobis  
distinguuntur, ut de-  
tractio, & contume-  
lia, in his quae ad Deū  
sunt, ununtur in bla-  
sphemiam ut superius  
dictum fuit.  
¶ Item, qd responso  
ad primum, consistit  
in hoc, quod ex cae-  
ca mens non est p-  
rius effectus detra-  
ctionis, sed commisit  
sibi & aliis uitis: &  
propterea non eodē  
modo detractionem gra-  
uius peccatum esse.

grauius peccatum, quā contumelia, quia cōtume-  
liam potest homo repellere, non autem detractio-  
nem latentem: sed cōtumelia uidetur esse maius pec-  
catum, quā adulterium per hoc, quod adulterium  
unit duos in unam carnem, contumelia autem uni-  
tos in multa diuidit. ergo detractio est maius pec-  
catum, quā adulterium: quod tamen inter alia dicta,  
quae sunt in proximum, in magna grauitatem habet.  
¶ 3 Præ. Contumelia oritur ex ira, detractio autem  
ex inuidia, ut patet per \* Greg. 31. Moral. sed inuidia  
est maius peccatum, quā ira. ergo & detractio est  
maius peccatum, quā contumelia. & sic idem,  
quod prius.

¶ 4 Præ. Tantō aliquid peccatum est grauius, quan-  
tō inducit grauiorem defectum: sed detractio indu-  
cit grauiissimum defectum, scilicet excacationem  
mentis, dicit enim \* Gregor. Quid aliud detrahentes  
faciunt, nisi quod in puluerem sufflant, & in oculos  
suos terram excitant: & unde plus detractiois sus-  
flant, inde minus ueritatis uideant: ergo detractio est  
grauissimum peccatum inter ea, quae committuntur  
in proximum.

SED CONTRA. Grauius est peccare facto, quā uer-  
bo: sed detractio est peccatum uerbi, adulterium au-  
tem, & homicidium, & furtum sunt peccata in factis,  
ergo detractio non est grauius cæteris peccatis, quae  
sunt in proximum.

RESPON. Dicendum, quod peccata, quae com-  
mittuntur in proximum, sunt penlanda per se qui-  
dem secundum nocumenta, quae proximo inferun-  
tur, quia ex hoc habent rationem culpe. Tantō au-  
tem est maius nocumentum, quāntō maius bonum  
demittit. Cum autem sit triplex bonum hominis,  
scilicet bonum animæ, bonum corporis, & bonum  
exteriorum rerum: bonum animæ, quod est ma-  
ximum, non potest alicui ab alio tolli nisi occasio-  
naliter, puta, per malam persuasionem, quae neces-  
sariam non infert: sed alia duo bona scilicet corpo-  
ris & exteriorum rerum, possunt ab alio uiolenter  
auferri. Sed quia bonum corporis præeminet bono  
exteriorum rerum, grauiora sunt peccata, quibus in-  
fertur nocumentum corpori, quā ea, quibus infer-  
tur nocumentum exterioribus rebus. Vnde inter cæ-  
tera peccata, quae committuntur in proximum, homi-  
cidium grauius est, per quod tollitur uita proxi-  
miam actu existens. Consequenter autem adulte-  
rium, quod est contra debitum ordinem generatio-  
nis humanæ, per quam est introitus ad uitam. Con-  
sequenter autem sunt exteriora bona, inter quae sa-  
ma præeminet diuitiis, eo quod propinquior est spi-  
ritualibus bonis. Vnde dicitur Proverb. 22. Melius  
est nomen bonum, quā diuitiæ multæ. Et ideo

A detractio secundum suum genus, est maius peccatū,  
quā furtum: minus tamē quā homicidium, uel  
adulterium. Pōt tamē esse alius ordo propter circū-  
stantias aggrauantes, uel diminuentes: per accidens  
autem grauitas peccati attenditur ex parte peccatis,  
qui grauius peccat, si ex deliberatione peccet, quā  
si peccet ex infirmitate, uel incautela. Et secundum  
hoc peccata locutionis habent aliquam leuitatem,  
inquantum de facili ex lapsu lingue proueniunt ab  
que magna prameditatione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illi, qui de-  
trahunt Christo impediētes fidem membrorum  
ipsius, derogant diuinitati eius, cui fides innititur, un-  
de non est simplex detractio, sed blasphemia.

AD SECVNDVM Dicendum, quod grauius pec-  
catum est contumelia, quā detractio, inquantum ha-  
bet maiorem contemptum proximi: sicut & rapina  
est grauius peccatum, quā furtum, ut supra dictū  
est. Contumelia autem non est grauius peccatum, q̄  
adulterium: non enim grauitas adulterii pensatur  
ex coniunctione corporum, sed ex deordinatione  
generationis humanæ. Contumeliosus autem non  
sufficiens cautat inimicitiam in alto, sed occasio-  
naliter tantum diuidit unitos, inquantum scilicet p  
hoc, quod mala alterius promit, alios, quantum in se  
est, ab eius amicitia separat, licet ad hoc per eius uer-  
ba non cogantur. Sic ergo & detractor occasionaliter  
est homicida, inquantum. l. per sua uerba dat alte-  
ri occasionem, ut proximum odiat, uel contemnat.

Propter quod in epistola Clementis \* dicitur, detra-  
ctores esse homicidas, scilicet occasionaliter: quia q̄  
odit fratrem suum, homicida est, ut dicitur 1. Ioā. 3.

AD TERTIVM Dicendum, quod ira quærit in ma-  
nifesto uindictam in ferre, ut Philoso. dicit in secun-  
do \* Rhetor. Ideo detractio, quæ est in occulto, non  
est filia iræ, sicut contumelia, sed magis inuidiæ, que  
nititur qualitercumque minuire gloriam proximi.  
Nec tamen sequitur propter hoc, quod detractio sit  
grauior quā contumelia: quia ex minori uitio po-  
test oriri maius peccatum, sicut ex ira nascitur homi-  
cidium, & blasphemia. Origo enim peccatorum at-  
tenditur secundum inclinationem ad finem, quod  
est ex parte conuersionis: grauitas autem peccati ma-  
gis attenditur ex parte auersionis.

AD QVARTVM Dicendum, quod quia homo  
letatur in sententia oris sui, ut dicitur Proverb. 15.  
inde est quod ille qui detrahit, incipit magis amare,  
& credere, quod dicit, & per consequens proximū  
magis odire, & sic magis recedere a cognitione uē-  
ritatis. Iste tamen effectus potest sequi etiam ex aliis  
peccatis, quæ pertinent ad odium proximi.

ARTICVLVS IIII.

Super quæst. septima  
gesimæ tertie ar-  
ticulum quartum.

Etrum audiens, qui tolerat detrahen-  
tem, grauius peccet.

AD QVARTVM sic proceditur.  
¶ Vt, q̄ audiēs, qui tolerat de-  
trahentem, non grauius peccet.  
Non enim aliquis magis tenetur  
alteri, quā sibi ipsi: sed laudabile  
est, si patienter homo suos detra-  
ctores toleret: dicit n. \* Gregori⁹  
super Ezechielem homilia nona,  
Linguis detrahentium sicut nfo  
studio non debemus excitare, ne  
ipsi peant: ita per suam malitiam

IN ar. 4. eiusdē 73.  
qd. dubium occur-  
rit circa audientem  
materialiter tantum,  
hoc est sine compla-  
centia detractiois,  
quando est peccatū  
mortale. Et est ratio  
dubii, quia licet a po-  
nit tres casus, in qui-  
bus potest esse mor-  
tale. scilicet si incum-  
bit ex officio corrige-  
re, si audiens nouit  
aliquid periculi cō-  
sequens, si timor hu-  
manus esset tātus, q̄  
esset

q. 66. art. 9.

Habetur de  
penitentiā di-  
st. 1. c. 1. cap.  
Homicidio-  
rum.

Lib. 2. c. 4. de  
clinando ad  
finem, co. 6.

Homil. 9. in  
Ezech. parum  
ante mediu.

esset peccatum mortale. Et inferius in responsione ad ultimum dicitur quod resistendum est detractoribus, sicut raptoribus, uel oppressoribus aliorum. & i calce corporis articuli, quod sicut teneat ex Deut.

Art. 1. nius quæst. ad 3.

22. subleuare a finem proximi iacetem sub onere ita hominem ab infamia oppressum &c. Videntur. n. hæc doctrina superiore in articulo 7. q. 62. ad. tertium aduersari ubi dicitur, quod non reprehendens, solum tenetur quando et incumbit ex officio. Hic. n. dicitur, quod non solum si incumbit ex officio, sed et si nouit periculum consequens, quod tenetur immo plus, quod tenetur ipsum sub onere infamiae iacetem subleuare.

In epist. ad Nepotianum in ult. pag. ante finem epist. tem. 1.

¶ Ad hoc dicitur, quod sententia auctoritatis est una & eadem hic, & superius. Neque. nan. reddit, quod dicitur tenetur quis plus ob stare detractori, quam rapienti, uel inuadenti, seu percipienti, sed quod proportionaliter tenetur in omnibus materiis.

¶ Ad cuius euidenciam sciendum, quod tres numerati casus in litera ita se habent, quod primus respicit non solum bonum hominis, qui detrahit, uel bonum commune, sed et bonum proximi, cui detrahitur, præcipue si est et subditus illi, cui ex officio incumbit detractorem corrigere: quoniam tunc utrinque incumbit sibi cura, & ne detractor offendat, & ne proximus subditus ledatur in fama. Magis. n. tenetur ad defensionem subditorum, quam aliorum. & ideo regulandus est secundum regulas correctionis fraternæ, & iustitiæ: & inde discernere oportet quod est mortale, & quando non. Tertius uero respicit personam audientis, quantum in eius animo timor dominetur, ut. i. proponat charitati fraternæ humanæ: & hic secundum charitatis, & fraternitatis leges examinandus est. Secundus uero respicit

Li. 2. de Consideratione ad Eu genium circa finem illius

¶ Ad hoc dicitur, quod sententia auctoritatis est una & eadem hic, & superius. Neque. nan. reddit, quod dicitur tenetur quis plus ob stare detractori, quam rapienti, uel inuadenti, seu percipienti, sed quod proportionaliter tenetur in omnibus materiis. ¶ Ad cuius euidenciam sciendum, quod tres numerati casus in litera ita se habent, quod primus respicit non solum bonum hominis, qui detrahit, uel bonum commune, sed et bonum proximi, cui detrahitur, præcipue si est et subditus illi, cui ex officio incumbit detractorem corrigere: quoniam tunc utrinque incumbit sibi cura, & ne detractor offendat, & ne proximus subditus ledatur in fama. Magis. n. tenetur ad defensionem subditorum, quam aliorum. & ideo regulandus est secundum regulas correctionis fraternæ, & iustitiæ: & inde discernere oportet quod est mortale, & quando non. Tertius uero respicit personam audientis, quantum in eius animo timor dominetur, ut. i. proponat charitati fraternæ humanæ: & hic secundum charitatis, & fraternitatis leges examinandus est. Secundus uero respicit

Q. 3. art. 3. non ipsam infamiam

excitatas demus æquanimiter tollerare, ut nobis meritum crescat. ergo non peccat aliquis, si detractionibus aliorum non resistat. ¶ 2. Præter. Eccles. 4. dicitur. Non cōtradicas uerbo ueritatis ullo modo: sed quandoque aliquis detrahit uerbo ueritatis dicendo, ut supra dictum \* est. ergo uidetur quod non semper tenetur homo detractoribus resistere.

¶ 3. Præter. Nullus debet impedire id, quod est in utilitatem aliorum: sed detractio frequenter est in utilitatem aliorum, contra quos detrahitur. dicit. n. \* Pius Papa. Nonnumquam detractio aduersus bonos concitatur, ut quos uel domestica adulatio, uel aliorum fauor in alium extulerat, detractio humiliet: ergo aliquis non debet detractores impedire.

SED CONTRA est, quod Hier. \* dicit. Caue ne linguam, aut aures habeas prurientes, aut aliis detrahas aut alios audias detrahentes.

RESPON. Dicendum, quod secundum Apostolum ad Romanos 1. Digni sunt morte non solum qui peccata faciunt, sed etiam qui facientibus peccata consentiunt: quod quidem contingit dupliciter. V. n. modo directe, quando scilicet quis inducit alium ad peccatum, uel ei placet peccatum. Alio modo indirecte, scilicet quando non resistit, cum resistere possit: & hoc contingit quandoque non quia peccatum placet, sed propter aliquem humanum timorem. Dicendum est ergo, quod si aliquis detractiones audiat absque consentientia, uidetur detractori consentire, unde sit participes peccati eius. Et si quidem inducat eum ad detrahendum, uel saltem placeat ei detractio propter odium eius, cui detrahitur, non minus peccat, quam detrahens, & quandoque magis. Vnde Bernardus \* dicit. Detrahens, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim. Si uero non placet ei peccatum, sed ex timore, uel negligentia, uel etiam uerecundia quadam omittat repellere detrahentem, peccat quidem, sed multo minus, quam detrahens, & plerumque uenialiter. Quandoque etiam hoc potest esse peccatum mortale uel propter hoc, quod aliquid ex officio incumbit detrahentem corrigere, uel propter aliquod periculum, quod audiens nouit consequens, uel propter rationem, quod timor humanus quodque potest esse peccatum mortale, ut supra habitum \* est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod detractiones suas nullus audit, quia mala quæ dicuntur de aliquo eo audiente, non sunt detractiones proprie loquendo, sed cōtumelia: ut dictum \* est. Possunt tamen ad notitiam alius detractiones contra ipsum factæ aliorum relationibus peruenire: & tunc sui arbitrii est detrimentum suę famę pati, nisi hoc uergat in periculum aliorum, ut supra dictum \* est. Et ideo in hoc potest commendari eius patientia, quod patienter detractiones sustinet. Non autem est sui arbitrii, quod patiat detrimentum famę alterius, & ideo in culpam ei uertitur, si non resistit, cum possit resistere eadem ratione, qua tenetur aliquis subleuare a finem alterius iacentem sub onere, ut præcipitur Deut. 22.

AD SECUNDUM Dicendum, quod non semper aliquis debet resistere detractori, arguendo eum de falsitate, & maxime si sciat uerum esse quod dicitur. sed debet eum uerbis redarguere de hoc, quod peccat fratri detrahendo, uel saltem ostendere quod ei detractio displiceat per tristitiam faciei, quod ut dicitur Prouerbio. 25. Ventus Aquilo dissipat pluias, & facies tristis linguam detrahentem.

AD TERTIUM Dicendum, quod utilitas, quæ ex detractioe pronit, non est ex intentione detrahentis, sed ex Dei ordinatione, quod ex quolibet malo elicit bonum: & ideo nihilominus est detractoribus resistendum, sicut & raptoribus, uel oppressoribus aliorum, quamuis ex hoc oppressis, uel spoliatis per patientiam meritum crescat.

QVAESTIO LXXIII.

De usurratione in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de usurratione. ET CIRCA hoc queruntur duo.

¶ Primo, utrum usurratio sit peccatum distinctum a detractione. ¶ Secundo, quod horum sit genus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum usurratio sit peccatum distinctum a detractione.

AD PRIMUM sic procedit. Vt quod usurratio non sit peccatum distinctum a detractione. Dicitur. Iisd. i. li. \* Etymologiarū. Usuratio